

POSITIONES  
PHILOSOPHICÆ

Quæ

Suffragante Amplissima ad Auram  
Facultate Philosophica  
Sub moderamine

.. VIRI AMPLISSIMI

Mag. NICOLAI

HASSELBOHM

*Math. Profess. P. & Ord.*

Bonorum examini modeste  
subjiciuntur a

GABRIELE FORTTELIO G. Fil.

*Biörneburgensi.*

Ad diem 2 Aprilis Anno  
MDCCLXXVI.

Loco & horis conluctis.

ABOÆ,

Excud. Reg. Acad. Typogr.

ERIC FLODSTRÖM,

POLITICAL

PHILOSOPHY

THE

Journal of the American Philosophical Association

Vol. 11, No. 1, 1916

Mrs. NICOLA

Editorial

Book Reviews

CARRIAGE FOR

Education

As a result of the

philosophy

of the

A B O U T

Executive Board of the Association

Executive Board of the Association



## POSIT.

### I.

**D**E certitudine cognitionis omnis Philosophicæ, qui, vel serio dubitant, vel fundamenta ejus subruere, eamq̄ varie impugnare nefario ausu laborant; Deum offendunt, & semet longe infra humanam sortem dejiciunt. Unde principium illud: *Impossibile est idem, esse & non esse*, Stagiritam Scepticis opposuisse credimus, ut existentiam rerum inde firmaret; cum pro axioma aliquo universalis, unde demonstrationes omnes Philosophicæ, tanquam ex alveo fluant, vix agnosci possit.

## II.

Tantum abest, ut Theologiam inter & Philosophiam pugna & contradictio sit; ut amice potius invicem conspirent, hæcque illi oppido tanquam ministra necessaria.

## III.

Divisionem Philosophiæ, respectu finis, in Theoreticam & Practicam, quamvis multi sint, qui sugillant, recte tamen se habere censemus; si modo praxēs ad actiones morales καὶ ἐξοχήν referantur.

## IV.

Prout objectum, quod formale dicitur, cuique disciplinæ suos limites constituere, & ab aliis distinguere certum est; ita medium hoc investigandi, illam intellectus nostri functionem, quæ Abstractio audit, esse statuimus.

## V.

**M**ajora timeri vix possunt bonarum literarum impedimenta, quam defidia in experimentando, studii Mathematici neglectus, Scientiarum, *Metaphysicum* in modum, & per hypotheses, nimis adstricta tractatio, & quod maximum est, dictatoria nonnullorum, vel assumpta, vel falso credita potestas.

## VI.

**S**icut ipsa ratio evincit, materiam corporum naturalium communem, non esse æternam; Ita non nisi pro figmento habemus, & ad *Atheismum* viam parare existimamus, varias illas variorum commentationes, de spiritu quodam universali, anima mundi, & ceteris ejusmodi rerum inanibus vocabulis: unicam vero **DEI** optimi maximi virtutem & efficaciam, in universa rerum natura, vere activam, & vere operativam, agnoscimus.

## VII.

Quamvis, omnium consensu, nullum intelligere possimus corpus sine extensione; inde tamen, multorum iudicio, non sequitur extensionem concipi non posse sine corpore. Cum ipsa rei natura requirere videatur, variaque phaenomena feliciter solvantur, si spatia statuamus, inter materiam, reperiri vacua.

## VIII.

Quantia aequalia sunt, quorum alterum alteri quantitate convenit; similia vero, quae omnia habent ita proportionalia, ut, nisi per comparationem, distingui nequeant. Unde sequitur: omnia aequalia non esse similia, nec similia aequalia.

## IX.

Quam iniquum est dicere, Mathematicam in tantum scientiam aequipollere, in quantum cum eviden-

den-

dentia sensuali convenit; tam absurdum est statuere eandem necessario falsa docere, quando evidentiae sensuali opponitur.

## X.

Quamquam dies naturales communiter aequales, & viginti quatuor horarum habeantur; rigore tamen Astronomico ab hac quantitate interdum deficiunt, interdum eam superant. Adeo ut horologium oscillatorium rite instructum accuratius tempus distinguere deprehensum sit, quam sol ipse & astra.

## XI.

Quemadmodum monstrum illud disciplinarum Mathematicarum Astrologia Generalthica & divinatoria jam dudum explosa est; ita Meteorologicam illam, qua ex configurationibus variis & aspectibus,

bus, ut vocant, *Astrorum*, tempe-  
statum causas & mutationes deri-  
vare & prædicere volunt hujus ar-  
tis amatores, haud melioris fidei es-  
se contendimus, nihilque magis ad  
veritatem accommodatum dici po-  
tuisse, quam illud Mathematici cu-  
jusdam excellentissimi: *Astronomi-*  
*am matrem sapiensissimam, sed pauper-*  
*culam, a stulta filia Astrologia, qua-*  
*rum non omnibus aequè proba-*  
*to, aliis & sustentari.*

**Soli DEO Gloria.**

